731 *Greatchesters*, rep. ante a. 1857. Fragmenta duo tabulae lapideae, longa ped. 2, alta ped. 1 dig. 8, litteris optimis. Servantur in *Newcastle* in museo, dono Coulsonis.

/S · ANTONINO E⁻
THICIS · MEDICIS p. C. 162/169
IRAETORV*m*
MIᒐᑌИ COTI ≡ ET
ITAT T c

Contuli excepto fragmento ad sinistram imo, quod non vidi. Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 247, *catal.* p. 27, 92, *wall* p. 236.

Nullam omnino Raetorum cohortem in Britannia militasse, quantum scimus, observavit Bruce; sed cf. *cives Raeti militantes in cohorte I Tungrorum* tituli Petrianensis, item vexillarii *Raeti et Norici* tituli Mancuniensis n. 212.

[*imperatorib*]*us Antonino et* [*Vero Augustis, Par*]*thicis Medicis* ..... *Raetoru*[*m*]. .....

732 *Greatchesters*, rep. a. 1767 cum fundamenta aedificii alicuius grandis in parte stationis superiore effodiebantur WALLIS. Tabula lapidea longa ped. 4 dig. 1, alta ped. 3 dig. 4. Servatur in *Newcastle* in museo.

IMP · CÆS · M · AVR · SEVE
RVS · ALEXANDER · P · FEL
AVG · HORREVM · VETV
STATE · CONLABSVM · M
COH · II · ASTVRVM · S · A ·
A · SOLO · RESTITVERVNT
PROVNCA · REGNTII
MAXIMO · LEG *AVG · PR · Pr. cur*
VAL · MARTIN o *bf · LEGAti aug?*
FVSC *O · II · ET · DEXTro cos* p. C. 225

Contuli et supplevi. Wallis *Northumberland* 2 p. 21; Hutchinson *Northumberland* 1 p. 46 (ex utroque Goughs Camden 3 p. 503); Brand *Newcastle* 1 p. 611 adn. *g* (inde Hodgson 2, 1 p. 203; Newton p. 108, 19*a*); Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 226, *catal.* p. 6, 11, *wall* p. 280 (inde McCaul *Brit. Rom. inscr.* p. 156), lapid. n. 280.

Wallis, Hutchinson, Brand exhibent exemplis adeo imperfectis, ut omnino spernenda sint. Tamen vv. 8—10 partem ultimam, quam dedi inclinatam servavit Wallis solus. V. 2 Initium vocabuli quod est Alexander eradi coeptum est. 4 M Bruce, sed I litteram superimpositam vidi in lapide. 7 REGNTE ex litterarum superstitum apicibus legi; *regnante* reliqui male. 9 SAL MARTI MED LEGA Wallis. In ED, quod reliqui habent, putavi latere BF; sed munus huius viri incertum est. 10 TVS CO · II · ET DEXT Wallis. Consules a. 225 latere vidit McCaul, qui etiam litteras singulares v. 5 in fine recte solvit primus. Structura sententiae hiat; scilicet qui concepit nomina imperatoris casu sexto voluit exhiberi, non plene autem scripta male solvit quadratarius. V. 7 *provincia* positum est aut pro *in provincia*, aut pro *provinciam*. Legatus provinciae Maximus aliunde notus non est; Hodgson de Maximo consule a. 223 cogitabat, sed ignorabat Marium Maximum rerum scriptorem clarum tum iterum consulem Britanniam nunquam rexisse (cf. Borghesi opp. 5 p. 455 ss.).

Imp(erator) Caes(ar) M. Aure(lius) Severus Alexander p(ius) fel(ix) Aug(ustus). horreum vetustate conlabsum mi(lites) coh(ortis) II Asturum S(everianae) A(lexandrianae) a solo restituerunt, provincia reg[*ente* ....] *Maximo leg(ato) Aug(usti) pr(o) p*[*r(aetore), cur(ante)*] *Val(erio) Martin*[*o b(ene) f(iciario)?*] *lega*[*ti Aug(usti) F*]*usc*[*o II et Dextro co(n)s(ulibus)*

733 A castello miliario *the Cawfields Milecastle* versus meridiem iuxta castri alicuius minoris vestigia prope *Haltwhistle Fell* lapicidinae Romanae erant. '*In riding over Haltwhistle Fell, before its enclosure in the summer of 1844, I came upon some workmen employed in reopening an old quarry; they told me that they had met with a 'written stone'. I dismounted from my horse, and climbed the face of the rock, when I found inscribed in letters, very clear and fresh*

LEG · VI · V

From its position on a wide waste, far removed from any abode of man, but in the immediate vicinity of the Roman Barriers, this quarry could not possibly have been used for any other purpose than for the supply of stones for them; and from the freshness of the letters of the inscription, must have been filled up with earth so soon as the Roman soldiers ceased to use it. The workmen promised to spare the written rock, but the next time I rode that way it had been shivered to pieces'.

I. Clayton Archaeol. Ael. 4, 1848 p. 54 ss. (inde Bruce *wall* p. 231).

Cf. n. 576. 871. 872. 912. 913. 921. 922.

734 *Greatchesters*, rep. *a little to the east of the station.*

VI/I∧
VC
LEG

Bruce misit a se descriptam.

735 *Almost halfway between Greatchesters and Carvoran, placed in the fore wall of a cowhouse called Allaley* (cf. n. 736. 737) HORSL. *Near Greatchesters, at the door of the tenants, Mr. Smiths, house* BRAND. Lapides centuriales duo, qui perierunt.

a ⟩ COH VII
XI IAN

b CO.....
....

Horsley p. 229 *Northumb.* 63 (inde Warburton vallum p. 74, 64; Goughs Camden 3 p. 503; Bruce lapid. n. 284); Brand *Newcastle* 1 p. 610 qui non adscripsit.

Horsleius de *centuria Maximiana* cogitavit, sed lectio prorsus incerta, centuriae nota posita loco non suo.

736 Ex muro ab Aesica versus occidentem, extat *built up in the front wall of the farm house Olallee* (cf. n. 735). Litterae scriptae in tabella ansata. Lapis longus ped. 1 dig. 3½, altus dig. 3¾.

⟩ MARIDI

Bruce *wall* p. 239, lapid. n. 285.

737 Rep. prope *Greatchesters at a small rivulet called Haltwhistleburn* HORSL. Postea *built up in a gable of the Cawfield Farmhouse*, deinde translata ad *Chesters*, ubi servatur in museo.

Ↄ VAL
MAXI

Horsley p. 229 *Northumb.* LXIV *α* (inde Warburton vallum p. 74, 64, 2; Goughs Camden 3 p. 503 tab. 29 fig. 14); Bruce *wall* ed. II p. 159. 413, ed. III p. 164.

738 Reperta et servata una cum n. 736.

⟩ VALERI
VERI

Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 537 tab. 3 fig. 24; Bruce *wall* p. 239, lapid. n. 286.

739 Rep. apud *Walton Mill, which stands on Haltwhistleburn, and is, I believe, still lying there* HORSL. *Placed at the Wall Mill upside down as a post for the mill gate* HUTCH. Periit BRUCE. Erat cippus anaglypho in fastigio ornatus.

protome hominis
D M
AEL ⸰ MERCV
RIAL · CRNICL
VACIA · SOROR
FECIT

Horsley p. 229 *Northumb.* LXIV *β* (inde Goughs Camden 3 p. 503 tab. 30 fig. 1; Warburton vallum p. 74, 64, 3; Hodgson 2, 3 p. 204; Bruce lapid. n. 277); Hutchinson *Northumberland* 1 p. 57; Brand *Newcastle* 1 p. 610 qui non adscripsit.

D(is) M(anibus) Ael(io) Mercuriali cornicul(ario) Vacia(?) soror fecit